



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnium huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

LX [i. e. LXI]. Qualis Eucharistiae sumtae sit effectus, & Sumendae
Praeparatio neceßaria?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

QVÆSTIO LX.

Minister Eucharistia quis?

LVTHERVVS *l. de Capt. Baby. c. de Ord.* vult omnem baptizatum habere officium Consecrandi Eucharistiam; neminem tamen id usurpare debere, nisi legitime vocatum. Purat enim Ordinationem solum necessariam ob disciplinam Ecclesie & Ordinem; *libr. de abrog. Missa.* LVTHERANI, vt Kemn. &c. timidè assentiuntur ei; ob euidentiã probationum Catholicarum; & ob duo Principia Lutherana, aliòquin deserenda. Primum: Sacramenta non operari, nisi excitando fidem; proinde non pendere à qualitate ministri. Secundum: In ordinatione non imprimi Characterem, datique solum officium, non potestatem nouam; proinde qui hodie Minister est, cras nullus erit.

CALVINVS *Inst. l. 4. c. 1. §. 22. & c. 3. §. 10. &c.* præfractè negat ratum esse Baptismum, aut Cœnam, si ab alio, quàm publico ministro, detur. Ita & Bullingerus, Zwinglius; licet hic antè seculum sit Lutherum. Lutherus autem Wiclefum superauit, timentem d. finire, an laico fas ministrare Sacramentum?

AVTOR. Necessè est ab ordinato Sacerdote confici Eucharistiam, vi huius, *Hoc facite*: sc. omnes Christiani manducate & bibite: soli Sacerdotes verò Consecrate, Sumite, Distribuite. Vide *Antichristum p. 3. q. 25.* Ita docet Traditio firmata per Concilia Generalia quatuor Nicænum, Lateranense, Florentinum, Tridentinum. Per & S. Patres, S. Dionys. *Eccl. Hierarch. p. 2. c. 5.* *Nec ipse Sacerdos erit, nisi Pontificalibus officia ad hoc fuerit promotus.* Qui secus faxit, eum vocat S. Ignatius epist. ad Trallianos, infideli deteriorè S. Clemens *Const. l. 1. cap. 31.* *Omnis laicus, sine Sacerdote aliquid tentans, frustra facit.* Idem *l. 8. c. ult.* Quia solis dictum Apostolis, *Hoc facite*, sicque ad alios eadem manauit potestas. Vnde Tertull. *libr. de prescript.* ridet Marcionistas, quod, quos hodie Clericos, cras habeant

Laicos; & hos Sacerdotalia ministrare. S. Cypr. *l. 1. epist. 2. &c.* negat esse apud hæreticos Eucharistiam veram, cum non sit verum Sacerdotium. &c. *Bell. lib. 4. c. 10.* Proinde in nullo casu necessitatis licuit vnquam vlli consecrare, nisi Sacerdoti.

QVÆSTIO LXI.

Qualis Eucharistia sumta sit Effectus, & sumende Preparatio necessaria?

LVTHERVVS passim tria asserit: 1. Effectum Eucharistie esse Remissionem peccatorum mortalium. 2. Non opus vacare culpis mortalibus; sed eum esse aptiorem, qui plerumque sibi conscius facinororum est. 3. Non opus Confessione ac Pœnitentiã; sed fidem sufficere quæ credit in Eucharistia sibi omnia esse remittenda. *l. 18. in Concione de præparat. ait: Optima dispositio est, quæ pessimè es dispositus: tunc pessimè es dispositus, quando optimè es dispositus. Quia Christus non venit vocare iustos, sed peccatores; qui papisticis præparat. omnibus se polluunt &c.*

KEMNITIVS *p. 2. Exam. Sess. 13. c. 2. 7.* propugnat primum Lutheri; secundum & tertium oppugnat; præquærit pœnitentiã & p. o. ositum abstinentiam dipeccatis; vultque examinatos communicatos, sic & Confessio Augustana.

CALVINVS *Inst. l. 4. c. 17. §. 40.* pugnantia asserit. 1. *Cibus hic spiritalis si in animam incidit malitiã nequitiaque pollutam; maiore illam ruinã præcipitat.* Proinde §. 42. fidem & charitatem requirit. 2. Contra §. 41. reprehendit nos, qui statum gratiæ prærequiramus: §. 42. Vult Cœnam remittere mortalia; quæ nisi adsint, frustra sumi. *Meminerimus, ait, huius S. epulas egrotis esse pharmacum, peccatoribus solacium, pauperibus largitionem: quæ sanis iustis, diuinitibus (si quis reperiri possent) nullum afferrent opera preiurium.* &c. *Cum in vitam detur; intolligimus nos sine ipso in nobis planè mortuos esse.*

SVADENT istis. 1. LVTHERANI. 1. *Lutherus.* Quia non veni vocare iustos, sed peccatores. 2. *Calvinus:* Si peccatis immunitas accedere soli debeant; omnes arcebunt.

cebuntur. 3. Kemnitius. *Hic est Sanguis novi Testamenti*; quod includit in se pactum remissionis peccatorum. Vnde; *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*
4. Kemnitius. In Liturgiis sunt preces pro remissione peccatorum. Si que venialia deleat; cur non posset & mortalia?

AUTOR. Eucharistia est principaliter, nutrire animas, & præservare à peccatis; non, peccata delere. Præparatio ad eam est Pœnitentia iusta. 1. Scriptura teste in meo *Antichristo. p. 3. q. 25.*
2. Traditione, Patrūque Consensu teste. Vnde in Liturgiis Diaconus proclamans, *Sancta Sanctis*, infideles & Catechumenos exire, & in expiatis non adire Synaxin iubebat: teste Chryf. hom. 61. ad Antioch Iustino in Apologia. 2. Cypriano, Ambrosio, &c.

3. **RATIO** suadet. 1. Euch. est Sacramentum à cæteris diuersum; ergo & proprium habet effectum nutriendi. Nam & *Lutheranis* Baptismi est abluere originale: Absolutionis, remittere actualia; *Calu.* verò est Baptismi p. fidē remittere peccata per omnē vitā facta reliquā: Ecquid igitur Cœna opus ad remissionē? 2. Quia mos peructus est post Baptismum continuò dare Eucharistiam, teste Cyrillo Ierolol. in *Myrtagog.* 3. Cùm sola fides iustificet apud *Luthero* Calvinistas; quid Synaxi opus?

DICO AD I. Quos primum vocat *Christus*, iustificat; at dein seipso cibatur.

AD II. Ne arceantur, data potestas est remittendi prius peccata; quæ remitti absolutione certum est: at qui se sat digne disposuerit, certus est nemo.

AD III. Testamentum trifarium capitur; 1. Pro Voluntate testatoris. 2. Pro hereditate cernenda. 3. Pro

instrumento literarum, quod est & signū Voluntatis, & causa ad eundem hereditatis. Ita Eucharistia repræsentat mortem *Christi* passū, & applicat nobis meritum factæ remissionis, quam repræsentat in Commemoratione passionis.

AD IV. Prodest Eucharistia ad remittenda mortalia peccata nobis ignorata; Et ad persolvendam pœnam confessorum peccatorum. Et ad venialia dimittenda. Pro in peccata mortalia potest delere Eucharistia; sed non est ad hoc primariò instituta.

QUESTIO LXII.

An Vtraque Species sit necessaria sic, quò totus in ea sit Christus?

LUTHERVS, Declaratione sermonis de Cœna, *Non dixi, nec consuevi, nec est intentio mea; ut unus, aut aliqui Episcopi propria autoritate incipiant alicui Vtrāque Speciem porrigere; Nisi ita præcipiatur in Concilio Generali.* 2. In *Affert. art. 15.* *Consultum mihi videtur nunc, et non modo per Concilium, sed quilibet Episcopus, etiam inuito Papa, Christum secutus in Evangelio, rursum Vtramque laicis daret.* 3. In formula *Missa*; Si quod Concilium statueret Vtramque, nos nequaquam sicut vtrāque vellemus, sed in respectum Concilii ac statuti, aut Vna, aut neutra, & minime Vtraque vti vellemus, maledicti vniuersos, qui ex potestate Concilii Vtraque vterentur. *Cochlæus* in *Septem pite c. 23.* notat 16. *Lutheri* hac in re contradictiones.

II. LUTHERVS in eadem declar. ait, 1. Non necesse dari laicis vtramque. 2. *Lib. Capt. Bapt. cap. 1.* Sacerdotes iure diuino teneri, ut dent vtramque; Laicis tamen liberum esse, ut petant vnā vtramque, aut neutram. 3. In *Affert. art. 16.* Qui vtramque nequeunt impetrare, si omittant desiderare, impios esse. **LUTHERANI** vigent necessitatem Vtriusque.

SVASIONES vide infra quæst. 65.

III. LUTHERVS, AN TOTVS CHRISTVS sit sub Vtraque, variat. 1. *Affert. art. 16* ait, Totum esse in qualibet. 2. In *Intorm adamicum*, idet Concomitantiam. 3. *Lib. ad Waldenses*, frustra se torquere aliquos ait, & dissimulat quæstionem. 1. **LUTHERANI**, vt *Heshusius* negat Concomitantiam: *Hamelmannus* ait esse diabolicum inuentum; *Illyricus* item, &c. 2. Alii, vt *Brentius*, in *Confess. Wittenb.* Kemnitius, &c. Totum esse aunt in qualibet specie: Qq. 3. si q. 10